UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Summmula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri Raymundi

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Baptismus non iterabitur

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Visual Library

ſi tu es baptiſatus. ſed ſi nō es baptiſatus. tūc ego te baptiſo in noīe pa-
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. ¶ Et ꝑ declaratōe huius lr̄e mouet̄ tale dubium.
Ponat̄ ꝙ inueniātur duo pueri quoꝝ vnus baptiſatus eſt ⁊ alter nō. tūc
querit̄ qd eſt faciendū in tali caſu. qꝛ ſi ambo baptiſarent̄. tūc vnus illoꝝ
bis baptiſaret̄. ſi aūt ſolus vnus. tūc forte ꝯtingeret ꝙ puer baptiſat⁹ re-
baptiſaret̄. ⁊ nō baptiſatus maneret ſine baptiſmo. ¶ Ad illud dubiū re-
ſpondet̄ queādmoduꝫ ſupra viſum eſt. ſcilꝫ ꝙ debent ambo baptiſari ſub
hac forma quam docet hic autor in littera. videlꝫ ſi es baptiſat⁹ tūc ego
nō baptiſo te. ſi auteꝫ nō es baptiſatus tūc ego baptiſo te in nomine pa-
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti ¶ Item ponat̄ ꝙ ſint duo gemelli generati. ita ꝙ cō-
bināt̄ur ⁊ coadunātur ſibi inuicē mutuo. tūc dubitat̄ quid ſit faciendū
ſcꝫ vtrū ſint baptiſandi ſicut vnus puer vel ſicut duo. Et videt̄ ꝙ ſint ba-
ptiſandi nō ſicut duo. qꝛ ibi eſt vnum corpus. ergo debent baptiſari ſicut
vnus hō. qꝛ vnū corpus indigentiam habet vnius baptiſmatis. id eſt ꝙ
tm̄ ſemel baptiſetur. ¶ Sed in oppoſitū videtur. ꝙ iſti gemelli nō ſunt ba-
ptiſandi ſicut vnus hō. ſed ſicut duo. quia ſi talis homo habet plures pe-
des ꝗ̄ duos. ⁊ plura capita ꝗ̄ vnū nō eſt baptiſandus ſicut vnus ſed ſi-
cut duo. ſic eſt hic. ergo ⁊c. ¶ Ad iſtud dubiū reſpondetur ſub diſtinctōe
quia vel in talib⁹ gemellis diſcernitur duplex anima. vel nō Si ibi diſcer-
nitur duplex anima. tūc debent baptiſari ſicut duo pueri. et hoc cognoſci-
tur ſi ibi ſit diſtinctio membroꝝ in capitib⁹ pedib⁹ ⁊ manib⁹. et ex hoc ſci-
tur ꝙ ibi ſint due anime. ⁊ tūc eſt ſeruāda doctrina autoris in textu decla-
rata. ſcꝫ ꝙ primus baptiſetur abſolute. ſecūdus autē ſub illa diſtinctione
eſt baptiſandus. ꝙ ſi non es baptiſatus tunc ego baptiſo te in nomine pa-
tris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. Si aūt ibi nō eſt diſtinctio membroꝝ. tunc de-
beret baptiſari ſicut vnus homo

☞ Itē notandū. ꝙ ſacramentū baptiſmi nō debet reiterari ꝓpter multas
cauſas. Prima cā eſt. ꝙ nō fiat error ſiue iniuria tali ſacramento. Naꝫ in
baptiſmo imprimitur caracter indelibilis. nō ſi reiteraretur. vel ꝗ̄ tunc
duo caracteres impⁱmerent̄ vl̄ pⁱmus deleretur. ſed qᵒlibet illoꝝ eſt incon-
ueniens. ergo ne talis incōuenientia ſequeret̄. cauēdū eſt ne hoc ſacramē-
tum reiteret̄. Secūda cā eſt. qꝛ illud ſacramentū nō debet reiterari. ne de-
tur alicui occaſio peccandi. qꝛ forte poſſet aliq̄s dicere. volumus adhuc
expectare ⁊ poſtea mittemus nos baptiſare. qꝛ ſacramētū baptiſmi delet
om̄e peccatū; ⁊ ꝓpter hoc ſacramentū baptiſmi nō eſt reiterandū. Tercia
cauſa eſt iſta. quia hoc ſacramentum habet originem ex merito paſſionis
domini noſtri ieſu chriſti et reſurrectione eius. et quia chriſtus ſemel paſ-
ſus eſt et ſemel reſurrexit. ergo ſemel dandum eſt illud ſacramentum et
non pluries

☞ Item notandū ꝑ modū dubij. qꝛ querere poſſet aliquis vtrum cara-
cter indelibilis in baptiſmo chriſti fuerat chriſto impꝛ̄ſſus. ¶ Ad hoc re-
ſpondetur ꝙ nō. qꝛ caracter indelibilis diſponit ad grām recipiendaꝫ. ſed
dn̄s noſter ieſus chriſtus in inſtāti ſue generatōis habuit plenariā grām
ideo nō fuit neceſſariū ꝙ ipe ſumpſiſſet caracterem indelibilem Etiā talis
caracter eſt ipſoꝝ renaſcentiū. ſed chriſtus nunꝗ̄ renatus fuerat. ideo ca-
racter ei non fuerat impreſſus. prout dictū eſt prius.